solutus est usque ad hoc tempus αριθμος verborum, quae scripturus es; quum igitur expletus fuerit, progredieris, ut proferas tuam voluntatem (i. e. quae volueris). Nunc igitur vos tres scribetis res omnes, quas dicam et quas faciam et quas videbo, et ut tester res omnes regni caelorum. Haec igitur, quum dixisset Iesus, dixit suis
71 μαθηταις: cui est auris ad audiendum, audito. Exsiliens rursus Maribam, venit in medium, stetit apud Philippum, dixit Iesu: mi domine: est auris meo incolae lucis, et parata sum audire a mea vi, atque νοω verbum, quod dixisti. Nunc igitur, mi domine, audi, ut loquar in παρρησια; dixisti nobis: „cui est auris ad audiendum, audito." De verbo, quod dixisti Philippo: „tibi et Thomae et Maththaeo, vobis tribus datae sunt per primum μυστηριον scribendae res omnes regni luminis, et uti testemini de iis." Audi igitur, ut proferam solutionem verbi, quam tua vis luminis επροφητευσεν olim per Moysem: „Testibus duobus aut tribus res omnis stabit." Tres testes sunt Philippus et Thomas et Maththaeus. Factum igitur est, quum Iesus audisset hoc verbum, dixit: ευγε Maria! haec est solutio verbi. Nunc igitur tu, Philippe, progredere, ut proferas solutionem μυστηριου quintae μετανοιας πιστεως σοφιας. Atque posthac sede, ut scribas res omnes, quas dicam, usque dum expletus fuerit αριθμος tui μερους, quod scribes verbis regni luminis. Post haec progressurus di-
72 ces, quae tuum πνευμα νεησει. Πλην igitur nunc profer solutionem μυστηριου quintae μετανοιας πιστεως σοφιας. Respondens δε Philippus dixit Iesu: mi domine, audi. Dicam solutionem eius μετανοιας. Tua vis γαρ επροφητευσε de ea per Davidem olim dicens in octogesimo septimo Psalmo: „Domine, deus meae salutis, clamo ad te diem et noctem. Mea oratio intrato coram te. Inelina tuam

17. Ev. Matth. 18, 16. cf. Deut. 19, 15. 26. quae (quod P.)

aurem, domine, ad meam precationem, quod mea ψυχη impleta est malo. Mea vita adpropinquavit tartaro. Numeratus sum cum his, qui descendunt in foveam. Sum sicut homo, cui est nullus βοηθος, ελευθερος in mortuis, sicut occisi proiecti, dormientes in ταφοις, quorum haud fecisti memoriam amplius, et isti perierunt tuis manibus. Posuisti me in fovea inferna, in tenebris et umbra mortis. Tua ira firma est super me, et tuae curae omnes supervenerunt in me. Διαψαλμα. Fecisti notos meos remotos a me; posuerunt me sibi abominationem. Tradiderunt me, neque exivi. Meus oculus debilitatus est ex mea paupertate. Clamavi sursum ad te, domine, diem totum, expandi meas manus ad te. Num (μη) facies tua miracula in mortuis? num (μη) medici surgent, ut ὁμολογωσι tibi? num (μη) dicent tuum nomen in ταφοις? atque tuam δικαιοσυνην in terra, cuius oblitus es? Ego δε clamavi sursum ad te, domine, et mea precatio prehendet te hora matutina. Ne verte tuam faciem a me, quod ego pauper sum, versans in aerumnis inde a mea infantia. Quum eveherer δε, humiliatus sum, et surrexi. Tua ira (οργαι) supervenit in me, et terrores tui perturbarunt me. Circumdederunt me sicut aqua, prehenderunt me diem totum. Fecisti meos socios remotos a me atque notos meos prae ταλαιπωριᾳ." Haec igitur est solutio μυστηριου quintae μετανοιας, quam dixit πιστις σοφια, quum εθλιβον eam in chao. Factum igitur est, quum Iesus audisset haec verba, quae dixit Philippus, dixit: συγε Philippe dilecte. Nunc igitur veni, sede, ut scribas tuum μερος verborum omnium, quae dicam et quae faciam, et res omnes, quas videbis. Et ista hora sedens Philippus scripsit. 73

7. Posuisti (Posuerunt P.) 24. prae (add. „mea"; sed pro ταταλαιπωρια legendum videtur ταλαιπωρια P.)

Factum est rursus post haec Iesus pergens in sermone dixit suis μαθηταις: τοτε clamavit sursum ad lumen πιστις σοφια. Remisit eius peccatum, quod relinquens suum τοπον venit in caliginem. Dixit sextam μετανοιαν
74 dicens hoc modo: „ὑμνευω tibi, lumen, in caligine inferna. Audi meam μετανοιαν, et tuum lumen animadvertito ad clamorem meae precationis, lumen, si recordatum es mei peccati. Haud veniam coram te, et relinques me, quod tu, lumen, es meus liberator propter lumen tui nominis. Credidi tibi, lumen, et mea vis, επιστευσε tuo μυστηριῳ, atque etiam mea vis credidit lumini, quod est in altitudine et credidit ei versans in chao inferno. Omnis vis, quae in me, credito lumini, versante me in caligine inferna. Atque etiam credunto ei, quando venerint in τοπον altitudinis, quod iste videbit et redimet nos, et est magnum μυστηριον salutis ei. Et iste servabit vires omnes a chao propter meam παραβασιν, quod reliqui meum τοπον, veni in chaos. Nunc igitur, cuius νους sublimis, νοειτω." Factum igitur est, quum Iesus finisset dicere haec verba suis μαθηταις, dixit iis: νοειτε, quonam modo loquar vobiscum? Progressus Andreas dixit: mi domine, propter solutionem sextae μετανοιας πιστεως σοφιας tua vis luminis επροφητευσε olim per Da-
75 videm in centesimo vicesimo nono Psalmo dicens: „Clamavi ad te, domine, in profundis. Audi meam vocem. Tuae aures animadvertunto in vocem meae precationis. Domine, si animum dederis in mea peccata (ανομιαϛ), quis poterit stare? Nam est remissio apud te. Propter tuum nomen ὑπεμεινα te, domine; mea ψυχη ὑπεμεινε tuum verbum; mea ψυχη ηλπισε de domino inde a mane usque ad vesperam. Israel ελπιζετω de domino inde a mane usque ad vesperam, quod est misericordia domino;

5. ὑμνευω (vel: ὑμνευσα P.) 8. veniam (potero venire P.)

atque est magna salus apud eum, et iste redimet Israelem ex eius ανομιαις omnibus." Dixit ei Iesus: ευγε, Andreas μακαριος, haec est solutio eius μετανοιας· αμην, αμην dico vobis, me absoluturum esse vos μυστηριοις omnibus luminis atque γνωσει omni inde ab interno internorum usque ad externum externorum, usque ab Ineffabili usque ad tenebras tenebrarum, atque inde a lumine luminum usque ad ὑλης, inde a diis omnibus usque ad δαιμονια, inde a dominis omnibus usque ad δεκανους, inde ab εξουσιαις omnibus usque ad λειτουργους, inde a creatione hominum usque ad θηρια, et pecudum et reptilium; quod vocabunt vos τελειους, perfectos in πληρωματι omni. αμην, αμην dico vobis in loco, ubi ero in regno mei patris, eritis vos quoque ibi mecum. Et quum impletus fuerit αριθμος τελειος, ut solvatur κερασμος, κελευσω, ut adducant deos omnes τυραννους, qui nondum dederunt puritatem sui luminis, et κελευσω igni sapienti, quem τελειοι traiiciunt, ut consumat τυραννους illos, usque dum dederint ultimam puritatem sui luminis. Factum igitur est, quum Iesus finisset dicere haec verba suis μαθηταις, dixit iis: νοειτε quomodo loquar vobiscum? Dixit Maria: Utique, domine, νοω verbum, quod dixisti. De verbo igitur, quod dixisti: in solutione κερασμου totius sedebis super vim luminis, atque tuos μαθητας, scilicet nos, sessuros esse ad dextram tibi, iudicaturo τυραννους, qui nondum dederint puritatem sui luminis, atque ignem sapientem consumturum esse eos, usque dum dederint ultimum lumen, quod in iis — de hoc sermone igitur tua vis luminis επροφητευσεν olim per Davidem dicens in vicesimo quarto Psalmo: „Deus sedebit in συ-

76

6. usque (inde P.) 7. tenebrarum (vel accuratius: caliginem caliginum P.) 25. iudicaturo (add. deos P.) 30. in vicesimo quarto (verte: „in octogesimo primo." In textu Copt. legitur: ϩ̄ⲙ̄ ⲡⲙⲉϩ ⲭⲧⲟⲩ ϫⲟⲩⲟⲩⲱⲧ ⲙⲛ̄ ⲟⲩⲁ, i. e. ad verbum:

77 ναγωγη deorum iudicaturus deos." Dixit ei Iesus: ευγε Maria. Pergens adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: Factum est, quum πιστις σοφια finisset dicere sextam μετανοιαν de remissione suae παραβασεως, conversa est iterum in altitudinem ad videndum, num remiserint ei sua peccata, et ad videndum, num ducturi sint eam sursum in chao; atque nondum exaudiverunt eam per κελευσιν primi μυστηριου, ut remitterent ei suum peccatum, et sursum ducerent eam in chao, — conversa igitur in altitudinem ad videndum, num susceperint suam μετανοιαν a se, vidit αρχοντας omnes duodecim αιωνων irridentes ei atque laetantes, propterea quod nondum susceperunt eius μετανοιαν ab ea, quum igitur vidisset eos illudentes ei, λυπησασα valde extulit faciem sursum in altitudinem dicens in septima μετανοια: „Lumen, sustuli meam vim sursum ad te; meum lumen, επιστευσα tibi, ne fac me ignominia affici; neve lactantor de me αρχοντες duodecim αιωνων, qui oderunt me. Unusquisque γαρ πιστευων tibi, haud afficientur pudore. Manebunt in caligine, qui abstulerunt meam vim, non lucraturi sunt
78 eam, αλλα auferent eam ab iis. Lumen, monstra mihi tuas vias atque servabor in iis, et monstra mihi loca tua eundi, ut liberer in chao; atque indica viam mihi in tuo lumine, et fac, sciam, o lumen, te esse meum servatorem. Credam tibi omni tempore. Animum verte ad servandum me, lumen, quod tua misericordia est ad aeternum. De mea παραβασει, quam commisi inde ab initio per meam ignorantiam, ne imputato eam mihi, αλλα serva me ipso tuo magno μυστηριῳ, remittente pec-

in quater vicesimo et primo. Quodsi auctor exprimere voluisset „in vicesimo quarto" scripsisset: ϱм пмеϱ ϰоттаϥте, et omisisset verba мп̄ отѧ, quae tum sensu carerent P. 12. laetantes (add. „de me" P.) 25. omni (add. meo P.) 28. mihi (add. lumen P.)

cata, propter tuam αγαθοσυνην, lumen, quod αγαθον et rectum est lumen. Propter hoc dabit meam viam mihi, ut server in mea παραβασει, et meae vires, quae debilitatae sunt timore προβολων ὑλικων αυθαδους, trahet ab iis secundum suum statutum, et meas vires, quae debilitatae sunt ab immisericordibus, docebit suam cognitionem. Quod scientiae omnes luminis salubres (pr. salutes) sunt, et μυστηρια sunt unius cuiusque quaerentis τοπον eius κληρονομιας eiusque μυστηρια propter μυστηριον tui nominis, lumen. Remitte meam παραβασιν, quod magna est. Unicuique credenti lumini dabit ei μυστηριον, quod voluerit. Et eius ψυχη erit in τοποις luminis, et eius vis κληρονομησει θησαυρον luminis. Lumen est, quod dat 79
vim his, qui πιστευουσιν ei, et nomen sui μυστηριου apud hos est, qui credunt ei, et monstrabit iis τοπον κληρονομιας, quae in θησαυρῳ luminis. Ego δε επιστευσα lumini omni tempore, quod istud liberabit meos pedes e vinculis caliginis. Animum verte ad me, lumen, et serves me, quod mihi γαρ abstulere meum nomen in chao. Παρα προβολαις omnibus multae sunt admodum meae θλιψεις et mea afflictatio. Libera me e mea παραβασει atque etiam hac caligine, et intuere in aerumnam meae afflictationis. Remittas meam παραβασιν. Animum verte in αρχοντας duodecim αιωνων, qui oderunt me aemulatione. Invigila in meam vim et serves me, neve fac me manere in hac caligine, quod επιστευσα tibi, et fecerunt me stultum admodum, quod επιστευσα tibi, lumen. Nunc igitur, lumen, serva meas vires in προβολαις αυθαδους, in quibus affligor. Nunc igitur νηφων νηφετω." Haec igitur quum Iesus dixisset suis μαθηταις, progressus Thomas dixit: mi domine, νηφω, magisque νηφω, et meum πνευμα alacre in me, atque laetor maxime, quod reve-

3. meae (meas P.) 4. ab iis (eas P.) 8. τοπον (τοπους P.)

lasti nobis haec verba. Πλην igitur ανεχω meos fratres usque ad hoc temporis momentum, ut ne irritam eos, αλλ' ανεχω unumquemque eorum venientem ad te, di-
80 centes solutionem μετανοιας πιστεως σοφιας. Nunc igitur, mi domine, de solutione septimae μετανοιας πιστεως σοφιας tua vis luminis επροφητευσε per Davidem prophetam, dicens hoc modo in vicesimo quarto Psalmo: „Domine, sustuli meam ψυχην sursum ad te, mi deus. Posui cor meum in te. Ne fac me affici pudore, ne (ουδε) inimici mei illudento mihi, και γαρ unusquisque, υπομεινων te, pudore haud afficientur. Afficientur pudore ανομουντες sine causa. Domine, monstra mihi vias tuas, et doce me tua loca eundi. Indica mihi viam in tramite tuae veritatis, et doceas me, quod tu meus deus, meus σωτηρ, υπομενω te diem totum; recordare tuarum misericordiarum, domine, et tuarum clementiarum, quod sunt inde ab aeternitate. Peccatorum meae infantiae et meae ignorantiae ne fac memoriam; recordare mei ipsam κατα copiam tuae misericordiae propter tuam χρηστοτητα, domine. Χρηστος et rectus est dominus, propter hoc do-
81 cebit peccantes in via; indicabit viam mansuetis in iudicio, docebit mansuetos suas vias. Viae omnes domini clementiae sunt et veritas quaerentibus eius δικαιοσυνην et eius testimonia. Propter tuum nomen, domine, remitte meum peccatum mihi, quod plurimum est. Quis est homo timens dominum? Constituet νομον ei in via, quam vult. Eius ψυχη erit in αγαθοις, eiusque σπερμα κληρονομησει terram. Dominus est firmamentum his, qui timent eum, et nomen domini apud hos est, qui timent eum ad monstrandam iis suam διαθηκην. Oculi mei intuentur in dominum omni tempore, quod ipse extricabit

18. ipsam (tu. Vide notam textui subiectam P.) 23. loco ⲛⲉⲧ ⲙⲡⲛⲉ legendum ⲛ̄ ⲛⲉⲧ ⲙⲡⲛⲉ S.

meos pedes ex laqueo. Intuere in me, miserearis mei, quod ego filius unicus; sum pauper ego. Θλιψεις mei cordis amplae sunt. Duc me e meis αναγκαις; adspice meam humiliationem et meam aerumnam; remittas mea peccata omnia; vide meos inimicos, quod sunt dilatati, et oderunt me odio iniusto. Custodi meam ψυχην serves me. Ne fac pudore afficiar, quod ελπιζω in te. Simplices et recti adhaerebant mihi, quod ὑπεμεινα te, domine. „Deus redime Israelem ex eius θλιψεσιν omnibus." Quum Iesus δε audisset verba Thomae, dixit ei: ευγε Thoma et καλως. Haec est solutio septimae μετανοιας πιστεως σοφιας. αμην, αμην dico vobis: μακαρισουσι vos in terra γενεαι omnes κοσμου, quod revelavi haec vobis, atque accepistis ex meo πνευματι, et redditi estis νοεροι et πνευματικοι νοουντες, quae dico. Et post haec implebo vos lumine toto et vi tota πνευματος, ut νοητε inde ab hoc tempore, quae dicent vobis omnia et quae videbitis. Ετι etiam parvum tempus est; loquar vobiscum, quae (sc. pertinent) ad altitudinem omnia inde ab externo usque ad internum et inde ab interno usque ad externum.

82

Pergens adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: „Factum igitur est, quum dixisset septimam μετανοιαν in chao πιστις σοφια, et nondum κελευσις venisset mihi a primo μυστηριῳ, ut liberarem eam, ut sursum ducerem eam in chao, αλλα ego mea ipsius sponte prae misericordia sine κελευσει duxissem eam in locum spatiosum paululum in chao, et quum cognossent προβολαι ὑλικαι αυθαδους ductam eam esse in locum spatiosum paululum in chao, cessarunt affligere eam paululum opinantes, eam ductum iri sursum in chao omnino. His igitur factis, nesciebat πιστις σοφια, me βοηθειν sibi, neque (ουδε) noverat me omnino, αλλα persistebat ὑμνευειν lumini θη-

83 ✕

17. videbitis (videbunt P.) 21. suis μαθηταις (del. suis P.)

σαυρου, quod vidit aliquando, et cui επιστευσεν, et putabat, istum quoque βοηθειν sibi, nec non isti ὑμνευειν, putans, istum esse lumen αληθειας, αλλ' επειδη επιστευσε lumini, relato ad αληθειαν θησαυρου, propter hoc se ductum iri sursum in chao et acceptum iri suam μετανοιαν, αλλα nondum absolutum erat statutum primi μυστηριου, ut acciperetur eius μετανοια, — πλην igitur audite, dicam vobis res omnes, quae factae sunt πιστει σοφιᾳ. Factum est, quum duxissem eam in τοπον spatiosum paululum in chao, cessarunt affligere eam valde προβολαι αυθαδους, existimantes, ductum eam iri sursum in chao omnino.
84 Factum est, quum cognovissent προβολαι αυθαδους, non ductam esse πιστιν σοφιαν sursum in chao, reversae iterum sunt simul affligentes eam maxime. Propter hoc igitur dixit octavam μετανοιαν, quod cessaverant affligere eam, atque iterum reversae afflixerunt eam ad extremum. Dixit hanc μετανοιαν dicens eam hoc modo: „Posui cor meum in te, lumen, ne sine me in chao; audi me et liberes me in tua cognitione. Animum verte ad me et liberes me; esto mihi servator, o lumen, et liberes me, duc me ad tuum lumen. Quod tu es meus σωτηρ, atque duces me ad te. Et propter μυστηριον tui nominis indica viam mihi, et des mihi tuum μυστηριον, et liberabis me ab hac vi cum facie leonis, qua mihi insidiati sunt, quod tu es meus σωτηρ, et dabo puritatem mei luminis in tuas manus. Liberas me, lumen, in tua cognitione. Irasceris his, qui invigilant in me, qui haud prehendent me penitus. Ego δε credidi lumini; gaudebo, ὑμνευσω, quod misereris mei et praebes cor tuum ad angustiam, in qua sum, et liberas me, et restitues meam vim e chao. Atque haud liquisti me vi cum facie leonis, αλλα duxisti

5. μετανοιαν (add. a se P.) 7. μετανοια (add. ab ipsa P.) 18. audi (redime P.) 30. me et (atque etiam P.)

me in τοπον, qui non affligitur. Haec igitur quum Iesus dixisset suis μαθηταις, pergens adhuc dixit iis: Factum igitur est, quum cognovisset vis cum facie leonis, non ductam esse πιστιν σοφιαν sursum in chao omnino, ve- 85
niens iterum cum aliis προβολαις omnibus ὑλικαις αυθαδους, afflixerunt iterum πιστιν σοφιαν. Factum igitur est, quum affligerent eam, exclamavit in eadem μετανοιᾳ dicens: „Miserere mei, lumen, quod affligunt iterum me. Turbatum est propter tuum statutum lumen, quod in me, atque etiam mea vis et meus νους. Mea vis cepit detrimentum versante me in his cruciatibus. Et numerus mei temporis est in chao. Lumen meum defecit, quod abstulerunt meam vim mihi. Et εσαλευσαν vires omnes, quae in me. Sum impotens παρ' αρχουσιν omnibus αιωνων, qui oderunt me, et παρα viginti quatuor προβολαις, in quarum τοπῳ eram. Et timuit βοηθειν mihi meus frater, meus συνζυγος, propter haec, in quibus plantarunt me. Atque αρχοντες omnes altitudinis habuerunt me sibi sicut ὑλην, in qua nullum lumen. Facta sum sicut vis ὑλικη, quae decidit ex αρχουσιν, et dixerunt, qui sunt in αιωσιν, omnes: facta est chaos. Atque post haec circumdedere me simul vires immisericordes, et dixerunt (i. e. constituerunt) auferre meum lumen totum, quod in me. Ego δε credidi tibi, lumen, atque dixi: tu es meus σωτηρ. Et meum statutum, quod statuisti mihi, est in tuis manibus. Libera me a προβολαις αυθαδους, quae affligunt me et persequuntur me. Profer tuum lumen super me, quod ego nihilum coram te. Et serva me in 86
tua misericordia; ne fac me affici ignominia, nam tu es, cui ὑμνευω, lumen. Chaos obtegito προβολας αυθαδους. Et sumant eas in infernam caliginem. Occludito ostium

9. Turbatus (Turbatum P.) 11. cepit detrimentum (ηρξατο deficere P.)

volentes devorare me dolo, dicentes: auferamus lumen totum, quod in ea; haud patrante me quidquam iis mali." Haec δε quum dixisset Iesus, progressus Matthaeus dixit: mi domine, tuum πνευμα movit me, et νηφει mihi tuum lumen, ut proferam octavam μετανοιαν πιστεως σοφιας. Tua γαρ vis επροφητευσε de ea olim per Davidem in tricesimo Psalmo, dicens: „Posui meum cor in te, domine. Ne fac, pudore afficiar usque ad aeternum. Serva me in tua δικαιοσυνη, inclina tuam aurem in me. Festina, serves me. Esto mihi deus protector, et domus, locus refugii ad servandum me, quod tu es meum firmamentum, et meus locus refugii. Propter tuum nomen indicabis mihi viam, et nutries me, et duces me ex hoc laqueo, quem mihi occuluerunt, quod tu es mea protectio, deponam meum πνευμα tuis ma-
87 nibus. Redemisti me, domine, deus veritatis. Odisti servantes vanum sine causa. Ego δε credidi, et laetabor de domino, et ευφρανω de tuo πνευματι. Nam intuitus es meam humiliationem, et servasti meam ψυχην ex meis αναγκαις, neque occlusisti me in manibus inimici; constituisti meos pedes in (loco) spatioso. Miserere mei, domine, quod θλιβομαι. Oculus meus turbatus est prae ira et mea ψυχη et cor meum. Nam mei anni defecerunt in dolore cordis, et mea vita defecit in gemitibus. Mea vis debilitata est in paupertate, et turbata sunt mea ossa. Factus sum cavillatio meis inimicis omnibus et
88 his, qui adpropinquant ad me. Factus sum terror notis meis, et videntes me fugiunt me. Obliti sunt mei sicut mortui in suo corde, et sum sicut σκευος perditum. Nam audivi ignominiam turbarum cingentium me circa

11. domus, locus (deleatur „locus" P.) 12. meus locus refugii (meum refugium P.) 17. vanum (vana P.) 18. de tuo πνευματι (de tua misericordia P.) 29. mortui (cadaveris P.) Ibid. Ev. Luc. 22, 29. 30. cf. Matth. 19, 28.

me, Quum congregarentur in me simul, consilium ceperunt ad auferendam meam ψυχην a me. Ego δε credidi tibi, domine, dixi: tu es meus deus, sunt mei κληροι in tuis manibus. Libera me a manu meorum inimicorum, et serva me a persequentibus me. Monstra tuam faciem super tuum ministrum, et serva me in tua misericordia, domine. Ne fac afficiar pudore, quod clamavi sursum ad te. Afficiuntor pudore ασεβεις, et convertant se ad orcum. Sunto muta labia dolosa, proferentia ανομιαν contra δικαιον in superbia et contemtu." Quum Iesus δε audisset haec verba, dixit: καλως Matthaee. Nunc igitur, αμην, dico vobis, cum impletus fuerit αριθμος τελειος, atque universum evectum fuerit, sedebo in θησαυρῳ luminis, et vos quoque sedebitis super duodecim vires luminis, usque dum restituerimus (αποκαθιστα) ταξεις omnes duodecim σωτηρων in τοπον κληρονομιων uniuscuiusque eorum. Haec δε quum locutus esset, dixit: νοειτε, quid dicam? Progressa Maria, dixit: domine, de hoc ipso dixisti nobis olim in παραβολῃ: vos ὑπεμειναται mecum πειρασμους. Constituam vobiscum regnum, sicut meus pater constituit illud mecum, quod edetis et bibetis super meam τραπεζην in meo regno, atque sedebitis super duodecim θρονους, ut κρινητε duodecim φυλας Israelis. Dixit ei: συγε, Maria.

Pergens adhuc Iesus dixit suis μαθηταις. Factum est iterum post haec, quum affligerent πιστιν σοφιαν in chao προβολαι αυθαδους, dixit nonam μετανοιαν dicens: „O lumen, ματασσε hos, qui abstulere meam vim a me, et auferas vim, quam abstulerunt mihi, quod ego sum tua vis et tuum lumen. Veni, serves me. Magna caligo obtegito affligentes me. Dic meae vi: liberabo te. Indi-

89

90

20. πειρασμους (in πειρασμοις P.) 21. sicut (ad verbum: κατα modum, quo P.)

gento sua vi hi omnes, qui volunt auferre meum lumen mihi totum. Convertuntor ad chaos, sintque impotentes qui volunt auferre meum lumen mihi totum. Eorum
יהוה vis esto sicut pulvis, et *πατασσετω* eos Ieú, tuus *αγγελος*, et si venerint euntes ad altitudinem: prehendito eos caligo. Impingunto, ut convertantur in chaos, et prosequitor eos Ieû, tuus *αγγελος*, ut percutiat eos caligine inferna, quod insidiati sunt mihi vi cum facie leonis, haud faciente me malum iis, qua ablaturi sunt suum lumen, quod in me. Affligunt vim, quae in me, hanc, quam haud abripient. Nunc igitur, lumen, aufer puritatem vi cum facie leonis, inscia ea. Et consilium, quod cepit *αυθαδης* ad auferendum meum lumen, aufer suum quoque. Et auferunto lumen vi cum facie leonis, qua insidiantur mihi. Mea vis ipsa erit hilaris in lumine, et gaudebit, quod servabis eam. Et dicent *μερη* omnia meae vis: nullus alius servator praeter te, quod tu liberabis me a vi cum facie leonis, quae abstulit meam vim mihi. Et tu liberabis me ab his, qui abstulerunt meam vim a me et meum lumen. Nam steterunt con-
91 tra me, dicentes mendacium mihi, et dicentes: me cognosce *μυστηριον* luminis in altitudine, cui *επιστευσα*, et *ηναγκασαν* me: dic nobis *μυστηρια* luminis in altitudine, quod equidem haud cognovi, et retribuerunt mihi haec mala omnia, propterea *επιστευσα* lumini altitudinis; et fecerunt meam vim luminis expertem. Ego *δε*, quum *ηναγκασαν* me, sedi in caligine, *ψυχη* humiliata in luctu. Et lumen, cuius causa *ὑμνευω* tibi, serva me. Scio, te

10. quod in me (deleantur verba: quod in me P.) 16. servabis („servabit." Sed legendum videtur in textu ⲛⲛⲁⲛⲁϩⲙⲉⲥ „servabis eam" pro ⲫⲛⲁⲛⲁϩⲙⲉⲥ „servabit eam" P. 22. me cognosce (aut legendum „me cognoscere" aut „cognosco" P.) 22. luminis (add. quod P.) 23. luminis (add. quod P.) 25. propterea (add. quod P.)

me liberaturum esse, propterea quod faciebam tuam voluntatem, ex quo eram in meo αιωνι. Faciebam tuam voluntatem sicut αορατοι, qui sunt in meo τοπῳ, et sicut meos συνζυγος, et lugebam intente quaerens tuum lumen. Nunc igitur circumdederunt me προβολαι omnes αυθαδους, et gavisi sunt de me, et afflixerunt me valde, haud scientem, et fugientes, destiterunt a me, et haud misertae mei, reversae sunt iterum, επειρασαν me, et afflixerunt me in magna afflictatione. Frenduerunt suis dentibus in me volentes auferre meum lumen mihi totum. Quo usque igitur, lumen, ανεχεις eas affligentes me. Libera meam vim e cogitationibus earum malis, et liberes me a vi cum facie leonis, quod ego sola in αορατοις sum in hoc τοπῳ· ὑμνευσω tibi, lumen, versans in medio earum 92 omnium, quae congregatae sunt in me, et clamabo sursum ad te in medio earum omnium, quae affligunt me. Nunc igitur, lumen, ne gaudento super me, exosae me et volentes auferre meam vim mihi; hae, quae oderunt me moventes suos oculos in me, haud faciente me quidquam iis. Nam blande quidem alloquebantur me verbis mitibus interrogantes me μυστηρια luminis, quae haud novi, dicentes mihi, insidiantes mihi, et irascentes mihi, quod επιστευσα lumini, quod in altitudine. Aperientes os suum in me, dixerunt: utique, auferemus eius lumen. Nunc igitur, lumen, novisti earum dolum, ne ανεχε eas, neve fac, tuam βοηθειαν remotam esse a me. Festina, lumen, fac meum iudicium et meam vindictam, et iudica me in tua αγαθωσυνῃ. Nunc igitur, lumen luminum, ne auferunto meum lumen a me, neve dicunto apud se: nostra vis satiata est eius lumine, neve dicunto: devoravimus eius vim, αλλα caligo supervenito in eas, et sunto impotentes hae, quae volunt auferre meum lumen a me, et induunto chaos et tenebras dicentes: abstulimus

33. abstulimus (auferemus P.)

eius lumen eiusque vim. Nunc igitur serva me, ut gaudeam, nam volo (i. e. desidero) decimum tertium αιωνα,
93 τοπον δικαιοσυνης, et dicam omni tempore: magis splendebit lumen Ieû tui αγγελου, et mea lingua ὑμνευσει tibi in tua cognitione totum tempus in decimo tertio αιωνι." Factum est, quum Iesus finisset dicere haec verba suis μαθηταις, dixit iis, qui νηφει in vobis, proferto eorum solutionem. Progressus Iacobus osculum dedit pectori Iesu, dixit: mi domine, νηφει mihi tuum πνευμα, atque sum promtus ad proferendam eorum solutionem. De hoc ipso tua vis επροφητευσεν olim per Davidem in tricesimo quarto Psalmo dicens hoc modo de nona μετανοια πιστεως σοφιας: „Iudica, domine, qui iniuria me afficiunt; pugna cum pugnantibus mecum. Prehende ὁπλον et θυρεον; surgas ad βοηθειν mihi; eiice gladium et occludas eum coram his, qui θλιβουσι me. Dic meae ψυχῃ: Ego sum tua salus. Pudore afficiuntor, ut consternantur quaerentes meam ψυχην. Convertuntor retro, ut pudore afficiantur cogitantes mihi mala. Sunto sicut
94 pulvis coram vento, et αγγελος domini persequitor eos. Esto eorum via caligo et impingant, atque αγγελος domini θλιβετω eos, quod occuluerunt mihi laqueum sine iusta causa in perniciem suam solam, et irriserunt meae ψυχῃ invanum. Venito iis laqueus, quem ignorant, et prehendunto eos insidiae, quas occuluerunt mihi, et cadunto super hunc laqueum. Mea ψυχη δε laetabitur super domino, et erit hilaris super eius salute. Mea ossa omnia dicent, domine, quis erit similis tibi? Ser-
95 vas pauperem a manu fortioris, et liberas pauperem et miserum ab his, qui diripiunt eos. Surrexerunt testes iniusti, interrogarunt me, quae haud novi; retribuerunt mihi mala loco bonorum, et filiorum orbitatem meae ψυχῃ. Ego δε, eorum ενοχλουντων, indui saccum, et hu-

5. totum (adde meum P.) 30. eos (eum P.)

miliavi meam ψυχην νηστειᾳ, mea precatione conversum se in meum sinum. Placui tibi sicut meo proximo, et sicut meo fratri, et humiliavi me sicut lugens et sicut tristis; ευφρανθησαν super me, et pudore sunt affecti; μαστιγες congregatae sunt super me, neque scivi; separati sunt, neque dolore cordis affecti sunt; επειρασαν me, et irriserunt mihi in irrisione; frenduerunt suis dentibus 96
in me. Domine, quando intueberis in me? Siste meam animam (ψυχην) a facinoribus eorum malis, et serva meam unici filii conditionem a leonibus. Manifestabo te, domine, in εκκλησιᾳ magna, et praedicabo te in λαῳ, cui nullus numerus. Ne gaudento de me, qui sunt inimici mihi in iniustitia, qui oderunt me sine causa, et innuunt suis oculis, quod mecum quidem loquuntur verbis ειρηνικοις, et. cogitant οργην in dolis, dilatarunt os suum in me, et dixerunt: ευγε, nostri oculi pleni sunt eius adspectu. Vidisti, domine, ne tace, domine, ne abstine te a me. Surge, domine, animum vertas ad meum iudicium; ani- 97
mum verte ad meam vindictam, mi deus et mi domine; neve (ουδε) dicunto: ευγε nostrae ψυχῃ, ne dicunto: devoravimus eum; pudore afficiuntor, ut consternentor simul, qui laetantur de meis malis; induunto pudorem et consternationem, qui loquuntur magna verba contra me. Laetantur, ut exultent hi, qui volunt meam δικαιοσυνην, et dicunto, esto dominus magnus; exaltetur hic, qui vult ειρηνην sui ministri. Mea lingua exultabit de tua δικαιοσυνῃ et tuo honore diem totum." Haec igitur quum 98
dixisset Iaccobus, dixit Iesus: ευγε Iaccobe, καλως; haec est solutio nonae μετανοιας πιστεως σοφιας. αμην, αμην,

1. conversum se (conversa P.) 19. mi domine (add. κρινον me, domine κατα meam δικαιοσυνην; ne laetantor me, mi deus P.) 24. Laetantur (Laetantor s. Laetentur P.) 25. hic qui vult („hi qui volunt" etc. sc. dicunto: esto dominus magnus, exaltetur P.)

dico vobis: intrabitis prius in regnum caelorum quam αορατοι omnes et dii omnes atque αρχοντες omnes, qui sunt in decimo tertio αιωνι et in duodecimo αιωνι, vos δε non soli, αλλ' unusquisque etiam, qui fecerit mea μυστηρια. Haec δε quum locutus esset, dixit iis: νοειτε, quomodo vobiscum loquar? Prosiliens iterum Mariham, dixit: utique, domine, hoc est, quod dixisti nobis olim: ultimos futuros esse primos et primos futuros esse ultimos. Primi igitur, quos procrearunt ante nos, sunt αορατοι, επειδη isti fuerunt ante genus humanum, isti et dii et αρχοντες, et homines, qui suscipient μυστηρια, intrabunt prius in regnum caelorum. Dixit ei Iesus: ευγε Mariham.

Pergens adhuc Iesus dixit suis μαθηταις: Factum igitur est, quum protulisset nonam μετανοιαν πιστις σοφια, afflixit iterum eam vis cum facie leonis, volens auferre vim omnem ei. Exclamavit rursus sursum ad lumen
99 dicens: lumen, cui επιστευσα inde ab initio, cuius causa suscepi hos magnos dolores, βοηθει mihi. Et acceperunt ab ea suam μετανοιαν hoc tempore. Exaudivit eam primum μυστηριον, et miserunt me (i. e. missus sum) eiùs κελευσει; veni ad adiuvandam eam, duxi eam sursum in chao, quod εμετανοησεν, et propterea quod πιστευσασα lumini, suscepit hos magnos dolores et hos magnos κινδυνους, et decepta est ab αυθαδει deo, neque deceperunt eam per quidquam aliud, ει μητι per δυναμιν luminis propter similitudinem luminis, cui επιστευσεν. Propter hoc igitur missus sum κελευσει primi μυστηριου ad adiuvandam eam in occulto. Nondum δε veneram in τοπον αιωνων omnino, αλλα veni per medios eos omnes, nullis viribus sciis, neque (ουτε) illis, quae (pertinent) ad

8. Ev. Matth. 20, 16. cf. 19, 30. Marc. 10, 31. Luc. 13, 31. 23. εμετανοησεν, et (εμετανοησεν, atque etiam P.) 24. κινδυνους, et (deleatur „et" P.)

internum interni, neque (ουτε) illis quae (pertinent) ad externum externi, ει μητι primo μυστηριῳ solo. Factum igitur est, quum venissem in chaos ad adiuvandam eam, vidit me (sc. πιστ. σ.), quippe qui essem νοερος et splenderem valde, et qui essem misericors in eam, non eram γαρ αυθαδης sicut vis cum facie leonis, quae abstulit vim luminis in σοφιᾳ, et quae afflixit eam ad auferendum lumen totum, quae in ea; vidit igitur me praeditum lumine maiori quam δυναμιν cum facie leonis decies millies, et misericordem erga eam, atque intellexit, me ex altitudine altitudinum esse, cuius lumini επιστευσεν inde ab initio, confisa igitur est πιστις σοφια et dixit decimam μετανοιαν dicens: „Clamavi sursum ad te, lumen luminum; quum affligerem, audisti me, lumen, serva meam vim a labiis iniustis et ανομοις, et ab insidiis dolosis. Lumen, quod ablaturi sunt a me insidiis dolosis, non afferent tibi. Insidiae γαρ αυθαδους emanarunt et laquei immisericordis; vae mihi, quod meum habitaculum remotum, et sum in habitaculis chaus; mea vis est in τετοις haud meis. Blande allocuta sum immisericordes illos, et quum blande allocuta essem eos, pugnarunt contra me sine causa." Haec igitur quum Iesus dixisset suis μαθηταις, dixit iis: nunc igitur, quem suum πνευμα moverit, progreditor, ut dicat solutionem decimae μετανοιας πιστεως σοφιας. Respondens Petrus dixit: domine, propter hoc iterum tua vis luminis επροφητευσε per Davidem olim dicens in centesimo decimo nono Psalmo: „Clamavi sursum ad te, domine, quum affligerer. Audisti me, domine, serva meam ψυχην a labiis iniustis et a lingua dolosa. Quid dabunt tibi et quid adiicient tibi? 100 101

7. et (atque etiam P.) 8. quae (quod P.) 8. me (add. σοφια P.) 14. affligerem (affligerer P.) 17. emanarunt et (dispersae sunt atque etiam P.) 20. Blande (Et blande P.) 30. adiicient tibi (add. ad linguam dolosam P.)

Iacula fortis acuta cum ανθραξι deserti. Vae mihi, quod meum habitaculum remotum est. Habitavi in habitaculis Kedar. Mea ψυχη deversata est in multis locis. Eram ειρηνικος cum exosis ειρηνην. Quum locutus essem cum iis, pugnarunt cum me sine causa." Haec igitur nunc, domine, est solutio decimae μετανοιας πιστεως σοφιας, quam dixit, affligentibus eam προβολαις ὑλικαις αυθαδους, istae eiusque vis cum facie leonis, et quum εθλιβησαν eam maxime. Dixit ei Iesus: συγε Petre et καλως. Haec est solutio decimae μετανοιας πιστεως σοφιας.

Pergens adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: Factum est igitur, quum videret vis cum facie leonis adpropinquantem me ad πιστιν σοφιαν, praeditum lumine quam maxime, irata est magis, et προεβαλεν ex se aliam multitudinem προβολων vehementium maxime. His igitur factis, dixit undecimam μετανοιαν πιστις σοφια dicens: „Quid exaltat se vis validi in malis. Erat cogitatio eius auferendi lumen, quod in me, omni tempore, atque sicut
102 ferrum caedentes abstulere vim in me. Praetuli descendere in chaos, quam manere in loco decimi tertii αιωνος, τοπῳ δικαιοσυνης. Et voluerunt capere me dolo ad devorandum lumen meum omne. Propter hoc igitur lumen auferet earum lumen totum, et destructur earum ὑλη tota, et auferet earum lumen, neque sinet eas esse in decimo tertio αιωνι, earum habitaculo, neque sinet earum nomen in τοπῳ horum, qui vivent, et videbunt haec, quam facta sunt tibi, o vis cum facie leonis, viginti quatuor προβολαι, ut timeant, neve sint inobedientes, αλλα dent puritatem sui luminis, et videbunt te, ut gaudeant te, ut dicant: en, προβολη, quae haud dedit puritatem sui luminis, ut servaretur, αλλα gloriatur de ea in multo lumine suae vis, propterea quod haud προεβαλεν in vi,

27. quam (quae P.) 32. in vi (e vi P.)

quae in ea, et dixit: auferam lumen πιστεως σοφιας, hoc quod auferent ab ea." Nunc igitur, cuius vis exaltata est, progreditor, ut proferat undecimam μετανοιαν πιστεως σοφιας. Tunc (τοτε) progressa Salome, dixit: mi domine, de hoc tua vis luminis επροφητευσε olim per Davidem dicens in quinquagesimo uno Psalmo: „Cur δυνατος gloriatur de sua κακιᾳ? Tua lingua εμελετησε iniustitiam 103
diem totum sicut novacula tondentis acuta. Fecisti dolum, dilexisti κακιαν magis quam αγαθον, dilexisti iniustitiam magis quam loqui δικαιοσυνην, dilexisti verba omnia immersionis, et linguam dolosam. Propter hoc deus destruet te penitus, evellet te et eripiet te ex tuo habitaculo et extrahet tuum radicem, ut proiiciat eam longe a viventibus. διαψαλμα. Δικαιοι videbunt, ut timeant, et illudent ei dicentes: en, homo, qui non posuit deum sibi βοηθον, αλλα confisus est in suis divitiis magnis, atque invaluit in suo vano. Ego δε sum sicut arbor oli- 104
vae dans καρπον in domo dei. Credo misericordiae dei ad aeternum aeternitatis et manifestabo te, quod fecisti mecum, et ὑπομεινω tuum nomen, quod χρηστον est coram tuis sanctis." Haec igitur, mi domine, est solutio undecimae μετανοιας πιστεως σοφιας, quam tua vis luminis moverat me, dicentem eam κατα tuam voluntatem. Factum igitur est, quum Iesus audisset haec verba, quae dixit Salome, dixit: ευγε Salome, αμην, αμην dico vobis: absoluturus sum vos μυστηριοις omnibus regni luminis.

Pergens δε adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: Factum igitur post haec, adpropinquavi magis chao, praeditus lumine quam maxime, ut auferrem lumen illius vis cum facie leonis. Quum essem lumen maxime, timuit et clamavit sursum ad suum deum αυθαδη, ut adiuvaret (βοηθησῃ) eam, et hoc temporis momento pro-

3. undecimam μετανοιαν (solutionem undecimae μετανοιας P.) 21. igitur (add. nunc P.)

spexit e decimo tertio αιωνι deus αυθαδης, despexit in chaos,
105 irascens valde, volens adiuvare (βοηθειν) suam vim cum facie leonis, atque illo tempore conversa est ad πιστιν σοφιαν vis cum facie leonis ipsa eiusque προβολαι omnes volentes auferre lumen totum, quod in σοφια. Factum igitur est, quum affligerent σοφιαν, clamavit sursum in altitudinem, clamans sursum ad me, ad adiuvandam (βοηθειν) eam. Factum igitur est, quum intueretur in altitudinem, vidit αυθαδη irascentem maxime, atque timens dixit duodecimam μετννοιαν propter αυθαδη eiusque προβολας; clamavit δε sursum ad me dicens hoc modo: „Ne obliviscere, lumen, mei ὑμνου, quod aperuerunt eius ora in me αυθαδης eiusque vis cum facie leonis, insidiati sunt mihi et circumdederunt me volentes auferre meam vim et oderunt me, quod cecini ὑμνους tibi, loco quod amarent me, διεβαλον me, ego δε canebam ὑμνους. Consilium ceperunt auferendae meae vis, quod cecini ὑμνους tibi lumen, et oderunt me, quod dilexi te. Caligo venito super αυθαδη, et maneto ad eius dextram αρχων caliginis externae, et, quum iudices eum, aufer eius vim ab eo, et facinus, quod excogitavit, ad auferendum meum lumen a me, auferes suum ab eo, et deficiunto eius vires
106 omnes suorum luminum, quae in eo, et sumito alius eius magnitudinem in tribus τριδυναμοις. Sunto expertes luminis vires omnes eius προβολων, eiusque ὑλη esto luminis expers. Eius προβολαι manento in chao. Ne sinunto eas ire in suum τοπον. Lumen earum deficito in iis, neve sinunto eas adscendere in decimum tertium αιωνα, suum τοπον. Purgato lumina omnia, quae sunt in αυθαδει, παραλημπτης, purgator luminum, et auferat ea ab illis. Prehendunto eius προβολας αρχοντες caliginis internae, neve quisquam suscipito eum in suum τοπον,

12. aperuerunt eius (sua P.)

neve quisquam audito vim προβολων eius in chao. Auferunto lumen, quod est in eius προβολαις, et vindicent (aut abripiant) sua nomina in decimo tertio αιωνι, eius ipsius auferant nomen ex illo τοπῳ usque ad aeternum, et super vim cum facie leonis adducunto peccatum, quod προεβαλε coram lumine, ne extinguant ανομιαν ὑλης, quam protulit, atque eius peccatum simul erit coram lumine usque ad aeternum; neve sinent eas videre, ut auferant earum nomen in τοπῳ omni, propterea quod haud pepercerunt mihi, et afflixerunt, quod abstulerunt, eius 107
lumen eiusque vim, atque etiam post haec, in quae immiserunt me, voluerunt auferre meum lumen totum mihi. Praetulere (proprie: amarunt) descendere in chaos. Erunt in eo, neque ducant eas sursum inde ab hac hora. Noluerunt habitaculum τοπου δικαιοσυνης, neque sument eas in illud inde ab hac hora. Induit in se caliginem sicut ενδυμα, et intravit intus in eum sicut aqua, et intravit in eius vires omnes sicut oleum. Involvitor chao sicut veste, et cingat se caligine sicuti ζωνῃ pellicea omni tempore. Haec fient his, qui haec duxerunt super me propter lumen, et qui dixerunt: auferamus eius vim omnem. Tu δε, lumen, miserere mei propter μυστηριον tui nominis, et serva me in χρηστοτητι tuae misericordiae, propterea quod abstulerunt meum lumen et meam vim, et mea vis εσαλευθη in me, neque steti in earum medio. Sum sicut ὑλη delapsa, propulere me in hanc partem atque in illam, sicut daemonem (pr. percussorem) qui in αερι. Mea vis perdita est, quod nullum mihi μυστηριον ibi, et mea ὑλη ligata est propter meum lumen, quod abstulerunt; atque εσκωπτον me. Intuitae sunt in

3. sua nomina (suum nomen P.) 7. eius (earum P.) 11. eiusque vim (vel potius: et afflixerunt eum, cui abstulerunt suum lumen suamque vim P.) 14. ducant (ducat s. ducet P.) 17. in eum (in illud P.)

me, adnuentes mihi. βοηθει mihi κατα tuam misericor-
108 diam." Nunc igitur cuius πνευμα alacre, progreditor, ut dicat solutionem duodecimae μετανοιας πιστεως σοφιας. Progressus δε Andreas dixit: mi domine σωτερ, tua vis luminis επροφητευσεν olim per Davidem de hac μετανοια, quam dixit πιστις σοφια, et dixit in centesimo octavo Psalmo: „Deus, ne tace ad meam laudem, quod os peccatoris et doli aperuerunt suum os in me. Locuti sunt in me lingua dolosa, et circumdederunt me verbis odiosis, et pugnarunt mecum sine causa; loco, quod diligerent me, διεβαλον me. Ego δε precabar. Constituerunt in me mala loco bonorum, et odium loco αγαπης; constitue (καθιστα) peccatorem super eum, atque διαβολος stato ad eius dextram. Si iudicaverint eum, exito damnatus. Et eius precatio fiat peccatum. Eius dies deficiunto, nec non alius accipito eius επισκοπειαν. Eius filii fiant ορφανοι, eiusque coniux fiat χηρα. Conturbent eius liberos et transferant eos, ut precentur, proiiciant eos ex suis aedificiis. Δανειστης perlustrato, quae sunt ei
109 omnia, et peregrini abripiunto eius labores omnes. Ne esto manum ei praebiturus, neve (ουδε) misericordia esto eius ορφανοις. Exscindunto eius liberos et delento eius nomen in γενεα una; recordantor peccati eius parentum coram domino omni tempore, neve exstinguunto ανομιαν eius matris; disperdunto eius memoriam a terra, quoniam non recordatus est facere misericordiam, et persecutus est hominem pauperem et miserum, et οδιωξε dolentem ad interficiendum eum. Dilexit convicium, et veniet ei; noluit benedictionem, erit remota ab eo; induit convicium sicut tunicam, et intravit in eius interiora sicut aqua, fuit sicut oleum in eius ossibus, esto

12. αγαπης (meae αγαπης P.) 24. omni tempore (deleantur voces „omni tempore" P.) 25. eius matris (add. sunto coram domino omni tempore P.)

ei sicut vestis, qua involvet se, et sicut ζωνη, qua cinget se omni tempore. Hoc est opus διαβαλλοντων coram domino et dicentium παρανομα contra meam ψυχην. Tu δε domine, domine, fac misericordiam mecum propter tuum nomen. Serva me, quod ego pauper et ego miser. Cor meum turbatum est intus in me. Abstulere me e 110
medio sicut umbram inclinatam. Excusserunt me sicut locustas, pedes mei debiles facti in νηστειᾳ atque mea caro (σαρξ) mutata propter oleum; ego δε factus sum iis irrisio. Viderunt me et moverunt sua capita, βοηθει mihi, domine, deus, et serva me κατα tuam misericordiam. Cognoscunto, hanc esse tuam manum, atque te creasse eam, domine." Haec est solutio duodecimae μετανοιας, quam dixit πιστις σοφια, versans in chao.

Pergens adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: factum est iterum post haec, clamavit sursum ad me πιστις σοφια, dicens: lumen luminum, παραβεβηκα in duodecim αιωσιν, veni infra eos. Propter hoc dixi duodecim μετανοιας κατα unumquemque αιωνα. Nunc igitur, lumen luminum, remitte mihi meam παραβασιν, quod maxima est, nam relictis τοποις altitudinis, venieus habitavi in τοποις chaus. Haec igitur quum dixisset πιστις σοφια, perrexit adhuc in decima tertia μετανοιᾳ dicens: Audi me ὑμνευουσαν tibi, lumen luminum, audi me dicentem μετανοιαν decimi tertii αιωνος, τοπου, ex quo descendi, ut impleatur decima tertia μετανοια decimi tertii αιωνος. Haec παραβεβηκυια descendi ex iis. Nunc igitur, 111
lumen luminum, audi me ὑμνευουσαν tibi in decimo tertio αιωνι, meo τοπῳ, ex quo descendi. Serva me, lumen, in magno tuo μυστηριῳ, et remitte meam παραβασιν in tua remissione, et da mihi βαπτισμα, remittas mea peccata, et purges me a mea παραβασει; et mea παραβασις

15. Pergens (add. δε P.)

est vis cum facie leonis, quae haud latebit te omni tempore, quod descendi propter eam, atque ego παραβεβηκα sola in αορατοις, quorum in τοπῳ sum. Decendi in chaos; παραβεβηκα coram te, ut tuum statutum perficeretur." Haec igitur locuta est πιστις σοφια. Nunc igitur, cuius πνευμα moverit eum, ut νοησῃ eius dicta, progreditor, ut proferat eius νοημα. Progressa Martha dixit: domine, meum πνευμα movit me, ut proferam solutionem horum, quae dixit πιστις σοφια; tua vis επροφητευσεν olim de iis per Davidem in quinquagesimo Psalmo dicens hoc modo:
112 „Miserere mei, deus, κατα magnam tuam misericordiam, κατα copiam tuarum miserationum exstingue meum peccatum, lava me maxime a mea ανομιᾳ, atque meum peccatum coram me omni tempore, ut iustificeris in tuis verbis, atque ut vincas, quum iudicaveris me." Haec est solutio verborum, quae dixit πιστις σοφια. Dixit ei Iesus: ευγε, καλως, Martha, μακαρια.

Pergens δε adhuc Iesus in sermone dixit suis μαθηταις: Factum igitur est, quum πιστις σοφια dixisset haec verba, impletum est tempus, ut ducerent sursum in chao, atque a me ipso, χωρις primi μυστηριου, duxi vim luminis e me, misi eam in chaos, ut duceret πιστιν σοφιαν sursum in τοποις profundis chaus, ut duceretur in τοπον superiorem chaus, usque dum κελευσις venerit a primo μυστηριῳ, ut ducerent eam sursum in chao omnino. Et mea vis luminis duxit πιστιν σοφιαν sursum in τοπους superiores chaus. Factum igitur est, quum cognossent προβολαι αυθαδους, ductam esse πιστιν σοφιαν sursum in τοπους superiores chaus, persecutae sunt eam in altitudinem, volentes sumere eam rursus in τοπους chaus inferiores. Et splendebat maxime mea vis luminis, quam misi σοφιᾳ in chaos. Factum igitur est, quum perse-

7. domine (mi domine P.) 20. ducerent (add. eam P.)

querentur σοφιαν προβολαι αυθαδους, quum ducta esset 113
in τοπους superiores chaus, cecinit ὑμνον et clamavit sursum ad me dicens: „Τμνευσω sursum ad te, lumen, quod volo venire ad te, ὑμνευσω tibi, lumen, nam tu es meus servator, ne sine me in chao. Libera me, lumen altitudinis, nam tu es, cui ὑμνευω. Misisti mihi tuum lumen a te et servasti me. Duxisti me in τοπους superiores chaus. Collabuntor igitur in τοπους inferiores chaus προβολαι αυθαδους, quae persequuntur me, neve veniunto in τοπους superiores, ut videant me. Et magna caligo obtegito eas, et venito iis obscura caligo; neve vidento me in lumine tuae vis, quam misisti mihi ad servandam me; ut ne prehendant iterum me, et eorum consilium, quod excogitarunt ad auferendam meam vim, ne fiat iis, et sicut dixerunt mihi, auferre meum lumen mihi, aufer suum quoque loco mei, et dixerunt auferre meum lumen totum, neque poterant auferre id, quod tua vis luminis est mecum, propterea quod consilium ceperunt sine tuo statuto, lumen, propter hoc non potuere auferre meum lumen, quod επιστευσα lumini, non timebo, et lu- 114
men est meus servator, neque timebo." Nunc igitur, cuius vis elata, dicito solutionem verborum, quae dixit πιστις σοφια. Factum δε est, quum Iesus finisset dicere haec verba suis μαθηταις, progressa Salome dixit: mi domine, mea vis αναγκαζει me ad dicendam solutionem verborum, quae dixit πιστις σοφια. Tua vis επροφητευσεν olim per Salomonem dicens: „Manifestabo me tibi, domine, quod tu es meus deus. Ne sine me, domine, amplius, quod tu es mea ελπις; dedisti mihi meum ius gratis, et servor a te; labuntor persequentes me, neve vidento me. Nubes caliginis obtegito eorum oculos atque

2. ὑμνον (add. iterum P.) 8. Collabuntor (Delabuntor P.) 15. sicut (κατα modum, quo P.) 29. meum ius (tuum iudicium P.)

nebula αερος, esto caligo iis, neve vidento diem, ut ne prehendant me; esto impotens eorum consilium, et quae deliberarunt, veniunto in eos; meditati sunt consilium, neve esto iis. Vicerunt eos validi, et quae pararunt κακως, collapsa sunt infra eos. Est mea ελπις in domino, et haud timebo, quod tu es meus deus, meus σωτηρ." Factum est igitur, quum Salome finisset dicere
115 haec verba, dixit ei Iesus: ευγε Salome atque καλως. Haec est solutio verborum, quae dixit πιστις σοφια.

Pergens δε adhuc Iesus in sermone, dixit suis μαθηταις: Factum est, quum πιστις σοφια finisset dicere haec verba in chao, feci vim luminis, quam misi ei ad servandam eam, feci eam esse coronam lucis illius capiti, ut ne superarent eam inde ab hoc tempore προβολαι αυθαδους, atque quum esset corona lucis eius capiti, moverunt ὑλας omnes (i. e. motae sunt ὑλαι omnes) quae in ea, et purgatae sunt omnes in ea, perierunt et fuerunt in chao, intuentibus in eas προβολαις αυθαδους et gaudentibus iis, et purae (sc. partes) luminis ειλικρινους, quae in σοφια, dederunt vim luminis meae vi luminis, quae fuit corona illius capiti. Factum igitur est etiam, quum (sc. mea vis) circumdaret lumen ειλικρινες, quod in σοφια, atque eius ειλικρινες lumen haud abesset a corona vis, flammae lucidae, ut ne privarent eam προβολαι αυθαδους, — haec igitur quum fierent ei, incepit ὑμνευειν vis ειλικρινης luminis, quae in σοφια. Ὑμνευουσα δε meae vi luminis, quae est corona eius capiti, cecinit ὑμνον δε dicens: „Lumen est corona meo capiti, et haud ero absque ea, ut ne privent me προβολαι αυθαδους, et, quum motae
116 fuerint ὑλαι omnes, ego δε haud movebor, et quum perierint meae ὑλαι omnes, ut maneant in chao, quas videbunt προβολαι αυθαδους, ego δε haud peribo, quod

4. neve esto (et non factum est P.) 4. Vicerunt (et vicerunt P.) 11. Factum (add. igitur P.)

